



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 4. Zelandia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

- GOEDEREDA, seu Goerea: *Goerée*, quæ additur à plurimis Vornano agro, licet magis à Vorniâ separetur, quam præcedentes. Vrbe culam habet cognomi nem sine mœnibus, quorum tamen videntur vestigia.
- SOMERSDICA: vulgo *Voren*, quod significat Latinè ante Vornam. Municipium habet cognomine Somerdikum *Sommerdik*, Selandorum iuri subditum. Dicitur hæc Insula, aliter Transflacquæana. *Ouer-Flakée* in tabulis.
- TERRITORIVM TRANSMSANVM: *Ouermaes*, Insula è regione Roterodami; regio fertilissima totius Hollandiæ, vbi duæ Iurisdictiones d' *Isselmont*, & *Portugal*.
- DVRDRECHTVM, seu Dordracum: *Dordrek*, quasi træctum Dorti Fl. olim metropolis Hollandiæ, ante annos ducentos facta Insula in eâ cluuiæ quâ 72. pagi obruti & centum hominum millia.

§. 4. Zelandia, la Zelande: Ita dicta à Selandia Danorum, vel quasi Zéland, hoc est Terra Marina.

	MIDDELBVRGVM & Mesoburgus: <i>Middelbourg</i> , id est arx, seu burgus in medio Insulae ferè, primaria huius prouinciae & Comitatus; vrbs munitissima, & elegantissima. Hic stapula vini ex omnibus partibus in Septentrationem importati: an verò dicta olim Mattiacum, & Metelloburgus? non puto.	
VALA-	CHRIA	Veria, seu Campoueria: <i>Veer</i> , & <i>Campouere</i> , à træctu sic dicta, antea Admiralij sedes, nunc Marchionatus.
DE N-	Valche- ren	Flissinga: <i>Fleßingue</i> , incolis <i>Vlissingen</i> , clara navigatione Gallorum, & Anglorum, vbi palatium Principis Arausicanus.
TALIS	à Gallis sic di- cta.	Arnemuda: <i>Armuyde</i> , portus celeberrimus, sed oppidum muris caret.
Z. E-	ZVID-	ROMESVALLIA: <i>Romersuuall</i> , oppidum pugnans aggeribus quotidie cum mari &
B. E V E -		Qqq ij

L A N -	D I A quasi terra tremēs.	Scaldi Fl. ad Orientem iacet Borsala submersa cum territorio anno 1532. Caput Insulæ olim ad Occidentalem partem eius. Goesa, vulgò Ter-Goez, ad ostium Scaldis cui Schenga nomen; oppidulum lautum, & quod ex tribus solum remansit integrum.
D I A	NORTBEVELANDIA	Cortgena: <i>Cortbeene</i> , olim ferè <i>Nort-Beueland</i> . { inundata, nunc restauratur. Agger Volfardi: <i>Volferdiik</i> , inter duas Beuelandias. Orefandia: <i>Orefant</i> , Nort-Beuelandia ferè vnta.
O- R I E N - T A L I S	S C A L - D I A Schou- uen.	ZIRICZÆA: <i>Zirczée</i> , vrbs Comitatus huius antiquissima; portus eius anno 849. arenis obductus est, sed nouus apertus. Vrbs multis gaudens priuilegiis. Brouuershauia: <i>Brouuershauen</i> , vbi piscatores plerique ciues.
Z E - L A N - D I A .	T O L A Tolen	DVVELANDIA: <i>Duveland</i> , sic dicta à columbis vbi vrbes multæ obrutæ 1530. nunc reparati aggeres à Ziriczæis, & Scaldiæ ferè iuncta est. Ita dicta à voce Tol, quæ vestigal sonat. Ei adiacet Ager Diui Martini <i>Martins-diik</i> , locus consitus & arboribus, quam aliqui Insulam separatam putant.

§. 5. *Traiectensis ditio, le pays d'Utrech, per quatuor Mareschallos administratur.*

T E T R A R - C H I A	A B C O - V I E N S I S	TRAIECTVM RHENI: Utrech, aliter Ultraiectum, vrbs antiquissima, varias olim à Barbaris passa clades, à Balderico 15. Episcopo magnificientius reparata. Sita est ad medium Rheni alueum qui per Lugdunum mare petebat, antequam in Leccam prorumperet, nunc Vechta Fl. haud procul mœnibus abest. Duos item habet alueos manu ductos, 1. de Vaert, 2. Nieuwe-Gracht.
Quartier d'Abcou.		